



CAPUT X.

De Liberalitate.

Est autem quæstus magnus; Pietas cum sufficientia, habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contentissimus. 1. Timoth. 6. Definitur Liberalitas: Virtus quæ moderatur affectum & appetitum ad bona tempora- lia, sive per quam deposito in- ordinato bonorum tempora- lium studio, ea alacriter in propriam & proximi utilitatem, atque ad DEI cultum secundùm rectam rationem impendimus. Opponitur ei per defectum Ava- ritia,

ritia , quâ homo suprà debitum modum cupit acquirere vel retinere bona hujus mundi , estque vitium summoperè dedecens Parochum , & plurimorum in eo malorum caput atque origo : *Primò* Enim Spiritum devotionis extinguit , quotidiana illius exercitia insipida reddit , mentem continuis curarum & solitudinum stimulis exagitat , illamque in officij divini recitatione & Missæ Sacrificio in varias & inutiles cogitationes distrahit , concepta meditationis matutinæ proposita suffocat , quin imò nec tempus quidem & otium ad meditandum permittit ; unde etiam jure merito à Christo spinis bonum semen-

tem Patrisfamilias suffocantibus
comparatur, *Matth. 13.* Secundo,
Parochum ad se^{ct}andum tur-
pem quæstum, mercaturam, &
ignominiosam statui Clericali
negotiationem impellit, quam
velut scandalosam, multisque
perjurij, fraudis ac injustitiæ pe-
riculis expositam ALEXANDER III.
sub interminatione
anathematis omnibus Clericis
interdixit *cap. Secundum; 6. tit.*
ne Clerici.

Tertio, Parochus, cuius ani-
mum inexplebilis pecuniæ sitis
jam occupavit, in ipsis quoquæ
sacris Ecclesiæ functionibus lu-
cro inhiare, & quæ Christus
Sacramenta tanquam salutis no-
stræ


stræ media instituit , ille ad finem prophanum & opes cumulandas ordinare non erubescit : Undè etiam ulteriùs accidit , ut pauperibus in sua Parochia & miseris , à quibus nullam retributionem sperare potest , in administratione SS. Sacramento rum tam facilem ac promptum se non exhibeat . Quartò , Avaritia Parochum reddit immisericordem & durum ergà personas miseras & affictas , quarum tamè curam illi specialiter commissam esse docet , Tridentinum Sess. 23. de reformat. cap. 1. cum ait , Præcepto divino mandatum esse omnibus , quibus animarum cura commissa est , pauperum aliarumque miserabilium personarum

curam paternam gerere. Et indicat S. Paulus ad Galatas 2. dicens, cæteros Apostolos post datas invicem Societatis dextras à se & Barnaba petijisse, *tantum ut pauperum memores essent.*

A Iterum vitium, quod Liberalitati per excessum opponitur est Prodigalitas, quæ in largiendo exceditur, & contingit vel dando, quibus non oportebat, vel ex causis, quibus non debebat; vel excedendo modum inquantitate dati; vel denique nimios sumptus expendendo in proprios usus. Prohibet eam non solum Episcopis, verum etiam quibuscunque beneficia Ecclesiastica obtinentibus Tridentinum

num Sess. 25. de refor. cap. 1. jubens, ut modestâ supellectili & mensâ ac frugali viâ contenti sint: nequè ex redditibus Ecclesiæ Consanguineos, familiaresvè suos augere studeant, sed si pauperes sint, ijs ut pauperibus distribuant; eò quod res DEI sint. Idem statuit Celsissimus ac Reverendissimus Noster in decreto suo supra memorato de Parochis Diœcesis Herbipolensis, ubi insuper Definitoribus, Decanis, & Consiliarijs Ecclesiasticis, maximè autem Fiscali serìo injungit, ut eos, qui ludendo, bibendo, circumvagando, vel aliter nec finem, nec modum dissipationum fecerint, fideliter denuntient, quò sic maturè intrà honestatis terminos con-

contineri , aut si ita visum fuerit
Domui Demeritorum usque ad
correptionem ac emendationem
condignam immancipari pos-
sint. Et meritò quidem , peccat
enim Parochus prodigus non
solùm in seipsum , sed etiam in
Ecclesiam & pauperes , quibus
ex superfluis redditibus sive ex
Justitia , sive ex Religione pro-
videre debet , ut testatur S. Tho-
mas q. 119. Art. 3. ad 1. cum ait
Clericos esse Dispensatores bono-
rum Ecclesie , quae sunt pauperum ,
quos defraudant prodigè ex-
pendendo.



CA-